

2. Atqui etiam sensus naturae communis testimonium reiiciendum est, cum toties fallat e. g. de cursu solis; nego suppositum; nam hoc iudicium non pertinet ad sensum communem.

3. Atqui etiam multa testimonia, quae certe pertinet ad sensum communem, sunt falsa e. g. opiniones gentium de multis diis (Polytheismus), de elysio, de tartaro, styge etc.; dist.: haec iudicia sunt falsa quoad substantiam (e. g. existentiam numinis, vitae futurae vel felicitis vel infelicitis) — nego; quoad accidentia; subd.: et hi errores sunt orti ex sensu naturae communi — nego; ex defectu hominum perverse iudicantium vel illud testimonium male interpretantium — conc. Bene de hac re Cicero<sup>1)</sup>: „Multi de diis prava sentiunt; id enim vitioso more effici solet, omnes tamen esse vim et naturam divinam arbitrantur.“

4. Atqui homines etiam de substantia huius testimonii dissentiant, si quidem sunt, qui negent Dei existentiam, animae immortalitatem etc.; dist.: sunt pauci per exceptionem — conc.; exceptio autem firmat regulam; tot sunt, ut testimonium sensus naturae communis non iam sit moraliter universale — nego.

5. Atqui si sensus naturae communis idem est quod ratio et si natura disposita est ad illas veritates facilius et certius quam alias cognoscendas, non posset esse dissensus in his veritatibus, si quidem natura est eadem in omnibus et intellectus est facultas necessaria.

Resp. 1<sup>o</sup> Retorqueo: Natura rationalis est eadem in omnibus et intellectus est facultas necessaria; ergo nullus posset esse error neque ullus in hominibus dissensus!?

2<sup>o</sup> Dist.: non posset esse dissensus, quamdiu vocem naturae, i. e. testimonium sensus naturae communis audimus et recte interpretamur — conc.; quando illud ex mala voluntate non audimus vel ex errore, opinionibus praconceptis, perversa institutione male interpretamur — nego. Assensus enim in testimonium sensus naturae communis, quum sit liber, supponit determinationem voluntatis.

6. Atqui non potest probari, omnes gentes omni tempore sic iudicasse (Bayle); dist.: per inductionem completam — conc.; per inductionem incompletam legitimam — nego.

7. Atqui neque inductio incompleta legitima fieri potest, si quidem illa iudicia ex causis per accidens: ignorantia causarum, fraude sacerdotum, legislatorum, educatione, timore etc., orta sunt (Bayle); dist. hoc modo orta sunt — nego; confirmata sunt — conc.

8. Atqui tot sunt athei et philosophi et populi (Bayle); dist.: populi — nego; philosophi, subd.; ex errore reflexionis vel perversitate — conc.; ex naturae rationalis testimonio — nego.)

lich naives Verfahren, wenn der erstere (Sokrates) einen ethischen Begriff dadurch festzustellen sucht, dass er zunächst ermittelt, wie alle darüber denken. Und doch wird es für uns niemals eine höhere Instanz der Wahrheit geben, als eben die der Allgemeinheit. Was jedes normale Bewusstsein unter Voraussetzung der zureichenden Erkenntnisbedingungen unmittelbar als einleuchtend anerkennt, das nennen wir gewiss.“ (Ethik 1886, p. 426.)

<sup>1)</sup> Tuscul. I, 13.

## Liber tertius: Criterium veritatis.

### Caput I: De criterio in genere.

#### § 1. Natura, existentia, conditiones criterii.

1. *Notio et existentia*: Non sufficit verum cognoscere, sed debemus etiam scire, nos certo veritatem invenisse; quare oportet existat criterium aliquod, quo verum a falso certo distinguere possimus. *Criterium igitur vocatur norma illa, qua verum a falso distinguimus et certi reddimur de veritate cognita.* Existere autem eiusmodi normam, evidens est:

a) *Ex natura cognitionis nostrae*: nam cognoscere et certo cognoscere non idem est; requiritur igitur criterium, quo certa veritas a dubio vel ab opinione distingui possit.

b) *Ex experientia*: Constat, nos semper rationes quaerere, quibus de re aliqua certi reddamur; porro nos etiam ab aliis quaerere rationes, si quid affirmant, eosque stultos haberi vel leves, qui sine ratione quidquam affirmant vel credunt. *Atqui* hae rationes nil aliud sunt nisi criterium veritatis certae. *Ergo* requiritur criterium.

(c) *Ex absurdis*: Quodsi non esset criterium, quo verum a falso distingui posset idque modo certo, vel non esset certa veritas neque rerum scientia, vel saltem verum a dubio distingui non posset; esset igitur scepticismus universalis admittendus. *Atqui* haec omnia repugnant et conscientiae nostrae et persuasioni hominum. *Ergo* criterium veritatis est statuendum.

2. *Natura criterii*: Hoc autem criterium non est nova veritas, realiter distincta a veritate, de qua nos certos reddit; quodsi statueretur, novae illius veritatis, quae continet criterium, aut iterum requireretur criterium aliud, ut possimus esse certi, aut in se ipsa haberet criterium. Si *primum*, eundem esset in infinitum, quod repugnat et destrueret omnem certitudinem. Sin *alterum*, nulla est ratio, cur non etiam prima veritas, de cuius criterio agitur, illud realiter in se continere possit. *Ergo* criterium non est veritas realiter distincta ab illa, quam afficit, sive norma extrinseca, sicut metrum extensioni adhibetur, sed solum virtualiter, i. e. sola mentis distinctione differt ipsique veritati cognitae est intrinsecum; ac proinde criterium nil est aliud nisi conditio quaedam vel modus ipsius veritatis, quo se ipsam nobis ut certam manifestat; et est ipsum *motivum certitudinis*.

3. *Relatio criterii ad fontes veritatis*: Quum criterium sit norma distinguendi inter verum et falsum simulque motivum certitudinis,

patet fontes veritatis omnes esse simul etiam criteria eaque particularia inter se distincta illarum cognitionum, quae nobis per singulos fontes manifestantur; et hoc patet ex conscientia; si enim ex nobis quaeritur, cur arborem florere certo iudicemus, respondemus: quia oculis video; cur  $2 + 2 = 4$ , quia intelligo etc. Tot igitur admittenda sunt criteria particularia, quot sunt fontes cognitionis, quae quidem criteria ab ipsis fontibus, *subiective* et *obiective* spectatis, non realiter differunt, sed virtualiter.

4. *Criterium ultimum*: Licet tot sint criteria particularia, quot sunt fontes, potest tamen quaeri, num existat forte criterium aliquod commune veritatis ultimum, in quo tandem criteria particularia conveniant et fundentur; et quale sit. Non existit quidem unus fons omni cognitioni communis, nisi cum ontologistis sentias. Existere autem eiusmodi criterium commune ultimum, constat:

a) Iam *a priori*. Omnia enim media (fontes) cognitionis et criteria particularia in omnibus eundem effectum communem producent: certum assensum in veritatem perceptam et exclusionem formidinis de opposito. *Atqui* effectus aliquis communis supponit etiam causam communem. *Ergo* requiritur criterium aliquod commune ultimum, in quo cetera conveniunt, et ex quo tandem firmitatem suam et vim hauriunt.

(b) Idem etiam *a posteriori* constat. Nam potest semper quaeri, cur testimonio conscientiae, sensuum, intellectus, rationis, auctoritatis fidamus, et ulterior ratio exhiberi; unde elucet, illa criteria particularia non esse ultima, sed aliud supponere. *Atqui* non potest procedi in infinitum. *Ergo* etiam experientia probatur, existere criterium aliquod ultimum, omnibus particularibus commune.

De hoc autem criterio ultimo idem dicendum est, quod de particularibus, non esse realiter distinctum tum a veritate, quam certam reddit, tum a criteriis particularibus. In omni igitur certa cognitione adest criterium ultimum simul cum particulari, si quod adest, tanquam eius fundamentum, neque re ipsa est aliud nisi vis vel pondus motivorum, quae certitudinem gignunt. Neque solum in cognitione reflexa, philosophica habetur criterium ultimum, sed etiam in directa et naturali, si est certa: in illa invenitur explicite et distincte, in hac confuse et implicite cognoscitur.<sup>1)</sup>

5. *Conditiones criterii ultimi*: Criterium ultimum, quod existere debere ostendimus, debet quibusdam praeditum esse conditionibus,

<sup>1)</sup> Iis, quae num. 1-4 incl. exposita sunt, difficultates remouentur, quas Isenkrahe (Philos. Jahrb. 1883, p. 377; 1894, p. 415; 1897, p. 337 et 444 sq.) necnon Lorenzelli alique faciunt negantes tum criterium esse necessarium, tum evidentiam esse ultimum et infallibile veritatis criterium; videntur enim supponere, agi de criterio aliquo realiter distincto a veritate certo cognita eiusque motivis vel fontibus, quod tanquam nova veritas sit norma cognitionis philosophicae, non vero naturalis sive directae.

ut possit esse ultima ratio assensus certi. Debet igitur: a) esse *infallibile*, i. e. nunquam cum falso coniungi: alioquin non meretur fidem; b) *universale*, ita ut in omni cognitione adsit, ipsum autem neque possit probari, quin supponatur, neque indigeat probatione; secus enim non esset ultima ratio assensus; c) debet esse *obiectivum*, ut possit obiectum ipsum nobis manifestare et idem esse semper et in omnibus cognoscentibus; d) debet simul nobis esse *internum*, ne nova cognitio ad ipsum percipiendum requiratur ac proinde novum et ulterius criterium.

Quaeritur igitur, quale sit criterium illud ultimum his qualitatibus praeditum; ad quam quaestionem solvendam alii aliud statuerunt, vel *solum externum*, vel *solum internum*; nos vero statuimus *externum simul et internum*.

## § 2. Refutantur falsa criteria.

### I. Criteria mere externa.

*Thesis XXI: Criterium ultimum veritatis non est mere externum: sive experientia sive auctoritas humana vel divina.*

*St. qu.* 1<sup>o</sup> *Empiristae*, duce Locke († 1704), experientiam externam et internam unicum fontem ac proinde unicum criterium veritatis statuebant; *sensualistae*, duce Condillac, et *positivistae*, duce Comte († 1857), solam experientiam externam sensuum.<sup>1)</sup>

2<sup>o</sup> *Traditionalistae* vero revelationem divinam testimonio ecclesiae (Huetius † 1721, Bautain † 1867) vel hominum loquela (Bonald † 1840) nobis manifestatam fontem unicum et criterium ultimum veritatis sive omnis (Bautain, de Bonald) sive saltem metaphysicae, moralis, religiosae (Bonnetty, Ventura, Babys, necnon qui dicuntur Fideistae) esse docuerunt. De Lammenais († 1854), rationem individualement nil valere arbitratus, omnia ex auctoritate generis humani nobis per consensum exhibita et Dei revelatione innixa, derivanda et diiudicanda esse statuit.<sup>2)</sup>

### I. Experientia externa non est ultimum criterium veritatis.

*Prob. 1. Ex falso fundamento*: Supponunt, nos nil cognoscere nisi per experientiam. *Atqui* praeter experientiam sunt alii fontes veritatis: intellectus, ratio, auctoritas. *Ergo* experientia, quemadmodum non est unicus fons, sic neque est unicum et ultimum criterium veritatis.

<sup>1)</sup> Cfr. Stöckl, Lehrb. d. Philos. 1892<sup>7</sup>, I, 340 sq. Gutberlet, Erkenntnistheor. 1892<sup>2</sup>, p. 248 sq. Cfr. infra Ideologiam lib. I, cap. I. <sup>2)</sup> Cfr. Hagemann, Noetik, § 23; Al. Schmid, Erkenntnistheorie, II, 364 sq.

2. *Ex natura criterii ultimi*: nam debet esse *infallibile, universale, obiectivum, simulque subiectivum*. Atqui experientia externa: a) nonnunquam falsum refert, licet per accidens, e. g. cursum solis; b) deinde non est criterium universale, quia eius veracitas potest probari et nonnunquam eget demonstratione, et plurimae sunt veritates, quae nulla experientia attinguntur, ut conceptus universales, principia, scientia, leges etc.; (c) non semper eodem modo omnes homines ab eodem obiecto sensibili afficiuntur, sed iuxta subiectivam sensuum dispositionem, unde ulterius criterium requiritur.

3. *Per exclusionem*: Experientiam externam esse criterium ultimum veritatis, aut ex se evidens est aut aliunde probandum. Si primum, evidentia erit ultimum criterium, non experientia; sin alterum, experientia non erit saltem ultimum veritatis criterium. — Hoc eodem argumento etiam alia criteria ultima praeter evidentiam refutantur.

4. *Ex absurdis*: Sententia, experientiam esse criterium ultimum veritatis, non potest per experientiam probari, neque est obiectum experientiae, quae non nisi facta refert, neque ex se nota est. Ergo adversarii vel committunt petitionem principii vel sibi ipsis contradicunt; et destruunt omnem scientiam, quae principiis universalibus fundatur.)

II. *Neque auctoritas humana vel divina est ultimum criterium veritatis.*

A. *Non humana.*

*Prob. 1. Ex falso fundamento*: a) Supponunt traditionalistae, consensum hominum esse *unicum* certum fontem veritatis. Atqui hoc falsum est. Ergo . . .

b) Affirmant rationem humanam esse *intrinsicè fallacem*. Atqui tunc etiam consensus hominum, i. e. collectio omnium rationum esset fallax, sicut omnes caeci simul sumpti non plus vident, quam unus. Ergo neque auctoritas humana potest esse criterium veritatis ultimum.

2. *Ex conscientia et experientia*: nam si consensus hominum esset criterium unicum ac proinde ultimum, homines, si dissentiant, deberent semper confugere ad illum consensum. Atqui neque in genere confugiunt ad illum consensum, sed ad propriam experientiam vel intelligentiam, neque est possibile nisi raro, consensum hominum probare. Ergo ille consensus non est criterium ultimum veritatis.)

3. *Ex natura criterii ultimi*: nam ille consensus: a) neque est semper infallibilis, e. g. de cursu solis; videntur enim confundere sensum naturae communem cum hominum consensu; b) neque est universalis, quia de multis veritatibus certis non est consensus hominum.

e. g. de obiectis propriae experientiae internae et externae; et consensum adesse et veracem esse debet probari; c) neque est internus nobis, unde debet prius alia cognitione percipi et diiudicari. Ergo auctoritas humana non est criterium ultimum veritatis. (Iure igitur Gregor. PP. XVI. 1834 systema de Lammenais tanquam „fallax“ condemnavit.)

B. *Neque auctoritas divina.*

*Prob. 1.* (Argumenta priora sub 1 et 2 possunt hic quoque repeti.)

2. *Ex natura criterii ultimi*: nam auctoritas divina, licet sit infallibilis, non tamen est: a) universalis, quia solum veritates fidei exhibet; et Deum esse, sese revelavisse, i. e. motiva credibilitatis prius probanda sunt; b) neque est nobis interna, unde alia cognitione percipienda est ac proinde non est ultima ratio certitudinis.

3. *Ex absurdis*: Haec sententia destruit ipsam fidem; nam ut fides sit rationalis et possibilis, motiva debent praecedere credibilitatis; est enim damnata ab Innoc. PP. XI. 1679 assertio haec: „Assensus fidei supernaturalis et utilis ad salutem stat cum notitia solum probabili revelationis.“<sup>1)</sup> Atqui motiva credibilitatis aliud supponunt criterium, nisi circulum vitiosum committere velis. Ergo auctoritas Dei non est criterium ultimum. Iure igitur sententia haec a Baurin propugnata ab ecclesia 1840 proscripita est.

*Obi. 1.* Criterium veritatis ultimum debet esse aliquid homini prorsus extrinsecum, quia homo ex natura sua est fallibilis; dist. per se — nego; per accidens — conc.

2. Atqui homo deberet esse *per se* infallibilis, quia criterium ultimum est prorsus infallibile; dist.: mens non potest falli, si illud criterium adest — conc.; si non adest — nego.

3. Atqui mens non acquiescit, nisi adsit consensus hominum, quia homines dubitantes vel disputantes recurrunt ad iudicium aliorum; dist.: in omnibus et semper, sicut deberent in sententia adversariorum — nego; in nonnullis, subd.: tanquam ad criterium aliquod — conc.; ultimum — nego.

4. Atqui recurrimus ad iudicium aliorum tanquam ultimum criterium; nam etiamsi nobis persuasum est de aliqua re, aliis tamen dissentientibus ipsi quoque dubii efficimur; dist.: si evidentia adest — nego et nego suppositum, i. e. homines tunc dissentire posse; si non adest evidentia — conc.; vel subd.: ut supra.

5. Atqui non potest constare, evidentiam adesse: nam hoc aut probaretur aut non; si primum, non adest criterium ultimum; sin alterum, esset petitio principii. Ergo . . .

Nego disiunctionem et addo tertium membrum: aut non eget probatione, quia evidentia ex se ipsa nota est neque est nova veritas superaddita priori, sed est haec ipsa, in quantum menti clare apparet. — Deinde idem

<sup>1)</sup> Cfr. Frick, Critica, p. 279 sq.

argumentum posset contra auctoritatem retorqueri ac proinde nullum esset criterium.

6. Atqui saltem divina revelatio est ultimum criterium, quia est infallibilis; dist.: in se seu obiective — conc.: quoad nos (subiective) subd.: quoad veritates fidei — conc.; quoad veritates naturales — nego.

7. Atqui etiam quoad veritates naturales; nam Deus est fons ultimus ac proinde etiam criterium ultimum omnis veritatis, dist.: ontologice — conc.; logice, subd.: fundamentaliter — conc.; formaliter — nego.)

## II. Refutantur criteria mere interna.

*Thesis XXII: Criterium ultimum veritatis non est mere internum: neque caecus instinctus, neque fides naturalis, neque conscientia, neque idea clara et distincta.*

*St. qu.* 1<sup>o</sup> Reid († 1796)<sup>1)</sup>, princeps scholae scoticae, ut scepticismum Humei refutaret, instinctum aliquem statuit veritatis naturalem sive subiectivam necessitatem, quam sensum naturae communem vocat, quo certi redderemur de rerum existentia et veritate obiectiva; cui sententiae adhaerebant J. Battie, J. Oswald, Dugald-Stewart, Hamilton, Jouffroy, Cousin, Royer-Collard et recenter Balfour<sup>2)</sup>, nec non aliquo modo Hermes, Balmes, Ulrici et alii, immo omnes Idealistae, eaque viam praeparavit iudiciis syntheticis a priori Kantianis.

2<sup>o</sup> Iacobi († 1819 Monachii)<sup>3)</sup>, impugnans Kantii criticismum, fidem quandam naturalem (Gefühlsglauben) tanquam principium et criterium omnis certitudinis constituit, (quam sententiam iam a Pascal Iansenista statutam etiam Schleiermacher, Günther et alii aliquo modo sequebantur.<sup>4)</sup> Immo etiam Kant et Fichte, quos Iacobi impugnat, eiusmodi fidem statuunt, ut moraliter possimus vivere et operari (Vernunftglauben — ratio practica), ad quam fidem intellectualem, mere subiectivam, a voluntate imperatam nunc multi philosophi, praesertim in Gallia (Renouvier, Secrétan, Lequier, Séailles, Payot etc.<sup>5)</sup> provocant, ne omnis certitudo destruat ad vitam socialem necessaria.)

3<sup>o</sup> Galuppi Neapolitanus<sup>6)</sup> et Beck Kantianus videntur criterium ultimum veritatis in conscientia collocasse. (Accedunt, qui criterium

1) Cfr. Stöckl, *Gesch. d. Philos.*, 1888<sup>3</sup>, II, 143 sq.; Al. Schmid, *Erkenntnislehre* II, 348 sq. Cfr. infra *Ideologiam* lib. I, cap. II. 2) Cfr. Ueberweg-Heinze, IV<sup>9</sup>, p. 417 sq. 3) Stöckl, I. c. p. 248: „Alle Wirklichkeit, sowohl die körperliche, welche sich den Sinnen, als die geistige, welche sich der Vernunft offenbart, wird dem Menschen allein durch das Gefühl bewährt. Es gibt keine Bewährung ausser und über dieser. Die oberste Quelle alles Fürwahrhaltens ist ein unmittelbares Vertrauen zu den Aussprüchen unseres Bewusstseins. Wenn dieses verloren ginge, würde auch jenes gänzlich wegfallen.“ *Sentimentale Schule: Sittlichkeits-, Wahrheits-, Schönheits-Rechtsgefühl.* 4) Cfr. Hagemann, *Noetik*, § 20. 5) Mercier, *Critériologie*, 1899, p. 148 sq. 6) Hunc tamen Zigliara, *Summa philosophica* 1893<sup>9</sup>, p. 276 excipit.

quadam associatione experientia interna (iftmaasses) sive utilitatis (g) sive delectationis (idung) reponunt.<sup>1)</sup> Atqui duxit in idea clara et distincta. Et haec fuit natura et distincta per-

fectus ille a Reidio

instinctus ille ex subiectiva; posset enim esse perceptione falsa, subiectiva e. g. in illis; est enim assensus non cognita; deinde veracem esse debet non est obiectivus; obiectum; Reidius non obiectum directe

assentiri non proprii evidentiam in sentimur, possumus testimonium concludum refert actum,

Atqui haec sensus in eo est, ut cognosci posse; cognitio rerum per Reidii de criterio



**B**ENDITA sea tu pureza  
Y eternamente lo sea,  
Pues todo un Dios se recrea  
En tan graciosa belleza,  
A Ti, celestial princesa,  
Virgen sagrada María,  
Te ofrezco desde este día  
Alma, vida y corazón:  
Mirame con compasión;  
¡No me dejes, madre mía!

(300 dias de indulgencia. Pio X.)

## II. Neque fides naturalis Iacobi admittenda est.

*Prob. 1. Ex natura criterii ultimi: nam fides illa proficiscens ex affectione mere subiectiva: a) non est infallibiliter cum veritate*

1) Cfr. Gutberlet, *Der Kampf um die Seele*, 1903<sup>2</sup>, I, 51; *Philos. Jhrb.* 1900, 216 sq.; *Erkenntnistheorie*, 1892<sup>2</sup>, p. 249 sq. 2) „Ideo iam videor pro regula generali posse statuere: illud omne esse verum, quod valde clare et distincte percipio.“ *Medit. III.*

argumentum posset contra auctoritatem retorqueri ac proinde nullum esset criterium.

6. Atqui saltem divina revelatio est ultimum criterium, quia est infallibilis; dist.: in se seu obiective — conc.: quoad nos (subiective) subd.: quoad veritates fidei — conc.; quoad veritates naturales — nego.

7. Atqui etiam quoad veritates naturales; nam Deus est fons ultimus ac proinde etiam criterium ultimum omnis veritatis, dist.: ontologice — conc.; logice, subd.: fundamentaliter — conc.; formaliter — nego.)

## II. Refutantur criteria mere interna.

*Thesis XXII: Criterium ultimum veritatis non est mere internum: neque caecus instinctus, neque fides naturalis, neque conscientia, neque idea clara et distincta.*

*St. qu.* 1<sup>o</sup> Reid († 1796)<sup>1)</sup>, princeps scholae scoticae, ut scepticismum Humei refutaret, instinctum aliquem statuit veritatis naturalem sive subiectivam necessitatem, quam sensum naturae communem vocat, quo certi redderemur de rerum existentia et veritate obiectiva; (cui sententiae adhaerebant J. Battie, J. Oswald, Dugald-Stewart, Hamilton, Jouffroy, Cousin, Royer-Collard et recenter Balfour<sup>2)</sup>), necnon aliquo modo Hermes, Balmes, Ulrici et alii, immo omnes Idealistae, eaque viam praeparavit iudicii synthetici a priori Kantianis.

2<sup>o</sup> Iacobi († 1819 Monachii)<sup>3)</sup>, impugnans Kantii criticisimum, fidem quandam naturalem (Gefühlsglauben) tanquam principium et criterium omnis certitudinis constituit, (quam sententiam iam a Pascal Iansenista statutam etiam Schleiermacher, Günther et alii aliquo modo sequebantur.<sup>4)</sup> Immo etiam Kant et Fichte, quos Iacobi impugnat, eiusmodi fidem statuunt, ut moraliter possimus vivere et operari (Vernunftglauben — ratio practica), ad quam fidem intellectualem, mere subiectivam, a voluntate imperatam nunc multi philosophi, praesertim in Gallia (Renouvier, Secrétan, Lequier, Séailles, Payot etc.<sup>5)</sup> provocant, ne omnis certitudo destruat ad vitam socialem necessaria.)

3<sup>o</sup> Galuppi Neapolitanus<sup>6)</sup> et Beck Kantianus videntur criterium ultimum veritatis in conscientia collocasse. (Accedunt, qui criterium

1) Cfr. Stöckl, *Gesch. d. Philos.*, 1888<sup>3</sup>, II, 143 sq.; Al. Schmid, *Erkenntnislehre* II, 348 sq. Cfr. infra *Ideologiam* lib. I, cap. II. 2) Cfr. Ueberweg-Heinze, IV<sup>9</sup>, p. 417 sq. 3) Stöckl, l. c. p. 248: „Alle Wirklichkeit, sowohl die körperliche, welche sich den Sinnen, als die geistige, welche sich der Vernunft offenbart, wird dem Menschen allein durch das Gefühl bewährt. Es gibt keine Bewährung ausser und über dieser. Die oberste Quelle alles Fürwahrhaltens ist ein unmittelbares Vertrauen zu den Aussprüchen unseres Bewusstseins. Wenn dieses verloren ginge, würde auch jenes gänzlich wegfallen.“ *Sentimentale Schule: Sittlichkeits-, Wahrheits-, Schönheits-Rechtsgefühl.* 4) Cfr. Hagemann, *Noetik*, § 20. 5) Mercier, *Critériologie*, 1899, p. 148 sq. 6) Hunc tamen Zigliara, *Summa philosophica* 1893<sup>3</sup>, p. 276 excipit.

veritatis cum Hume, St. Mill, Spencer etc. in quadam associatione idearum ex consuetudine orta, vel in quadam experientia interna facilitatis (Avenarius: Prinzip des kleinsten Kraftmaasses) sive utilitatis (Mach, Kaftan, Boltz: Naturbeherrschung) sive delectationis (Schubert-Saldern: Lustzerzengung, Unlustvermeidung) reponunt.<sup>1)</sup>

4<sup>o</sup> D et distinctam sententiam percipere (

## I. Crit

*Pro* iectiva or necessitas e. g. cursu homine huius nonni instinctum probari a nam oritur enim cum percipere

2. E ter subiective percipere semper r scientiae sed mod

3. I tentia d neget ve b) destru causas ob ultimo r

*Pro* ex affectu



**B**ENDITA sea tu pureza  
Y eternamente lo sea,  
Pues todo un Dios se recrea  
En tan graciosa belleza,  
A Ti, celestial princesa,  
Virgen sagrada María,  
Te ofrezco desde este día  
Alma, vida y corazón:  
Mirame con compasión;  
¡No me dejes, madre mía!

(300 días de indulgencia. Pío X.)

1) Cfr. Gutberlet, *Der Kampf um die Seele*, 1903<sup>2</sup>, I, 51; *Philos. Jhrb.* 1900, 216 sq.; *Erkenntnistheorie*, 1892<sup>2</sup>, p. 249 sq. 2) „Ideo iam videor pro regula generali posse statuere: illud omne esse verum, quod valde clare et distincte percipio.“ *Medit. III.*

argumentum posset contra auctoritatem retorqueri ac proinde nullum esset criterium.

6. Atqui saltem divina revelatio est ultimum criterium, quia est infallibilis; dist.: in se seu obiective — conc.: quoad nos (subiective) subd.: quoad veritates fidei — conc.; quoad veritates naturales — nego.

7. Atqui etiam quoad veritates naturales; nam Deus est fons ultimus ac proinde etiam criterium ultimum omnis veritatis, dist.: ontologice — conc.: logice, subd.: fundamentaliter — conc.; formaliter — nego.)

## II. Refutantur criteria mere interna.

*Thesis XXII: Criterium ultimum veritatis non est mere internum: neque caecus instinctus, neque fides naturalis, neque conscientia, neque idea clara et distincta.*

*St. qu.* 1<sup>o</sup> Reid († 1796)<sup>1)</sup>, princeps scholae scoticae, ut scepticismum Humei refutaret, instinctum aliquem statuit veritatis naturalem sive subiectivam necessitatem, quam sensum naturae communem vocat, quo certi redderemur de rerum existentia et veritate obiectiva: (cui sententiae adhaerebant J. Battie, J. Oswald, Dugald-Stewart, Hamilton, Jouffroy, Cousin, Royer-Collard et recenter Balfour<sup>2)</sup>), necnon aliquo modo Hermes, Balmes, Ulrici et alii, immo omnes Idealistae, eaque viam praeparavit iudiciis syntheticis a priori Kantianis.

2<sup>o</sup> Iacobi († 1819 Monachii)<sup>3)</sup>, impugnans Kantii criticismum, fidem quandam naturalem (Gefühlsglauben) tanquam principium et criterium omnis certitudinis constituit, (quam sententiam iam a Pascal Iansenista statutam etiam Schleiermacher, Günther et alii aliquo modo sequebantur.<sup>4)</sup> Immo etiam Kant et Fichte, quos Iacobi impugnat, eiusmodi fidem statuunt, ut moraliter possimus vivere et operari (Vernunftglauben — ratio practica), ad quam fidem intellectualem, mere subiectivam, a voluntate imperatam nunc multi philosophi, praesertim in Gallia (Renouvier, Secrétan, Lequier, Séailles, Payot etc.<sup>5)</sup> provocant, ne omnis certitudo destruat ad vitam socialem necessaria.)

3<sup>o</sup> Galuppi Neapolitanus<sup>6)</sup> et Beck Kantianus videntur criterium ultimum veritatis in conscientia collocasse. (Accedunt, qui criterium

<sup>1)</sup> Cfr. Stöckl, *Gesch. d. Philos.*, 1888<sup>3</sup>, II, 143 sq.; Al. Schmid, *Erkenntnislehre* II, 348 sq. Cfr. infra *Ideologiam* lib. I, cap. II. <sup>2)</sup> Cfr. Ueberweg-Heinze, IV<sup>9</sup>, p. 417 sq. <sup>3)</sup> Stöckl, l. c. p. 248: „Alle Wirklichkeit, sowohl die körperliche, welche sich den Sinnen, als die geistige, welche sich der Vernunft offenbart, wird dem Menschen allein durch das Gefühl bewährt. Es gibt keine Bewährung ausser und über dieser. Die oberste Quelle alles Fürwahrhaltens ist ein *unmittelbares* Vertrauen zu den Aussprüchen unseres Bewusstseins. Wenn dieses verloren ginge, würde auch jenes gänzlich wegfallen.“ *Sentimentale Schule: Sittlichkeits-, Wahrheits-, Schönheits-Rechtsgefühl.* <sup>4)</sup> Cfr. Hagemann, *Noetik*, § 20. <sup>5)</sup> Mercier, *Critériologie*, 1899, p. 148 sq. <sup>6)</sup> Hunc tamen Zigliara, *Summa philosophica* 1893<sup>9</sup>, p. 276 excipit.

veritatis cum Hume, St. Mill, Spencer etc. in quadam associatione idearum ex consuetudine orta, vel in quadam experientia interna facilitatis (Avenarius: Prinzip des kleinsten Kraftmaasses) sive utilitatis (Mach, Kaftan, Boltz: Naturbeherrschung) sive delectationis (Schubert-

4<sup>o</sup> D  
et distinct  
iam senten  
ceptione (

I. Crit

*Prob.*  
iectiva or  
necessitas  
e. g. cursu  
homine h  
sus nonnu  
instinctum  
probari ac  
nam oritu  
enim cum  
percipere.

2. E  
ter subiec  
se percep  
semper ra  
scientiae  
sed modu

3. E  
tentia du  
neget ver  
b) destru  
causas ob  
ultimo re

*Prob.*  
ex affecti

<sup>1)</sup> Cfr. Gutberlet, *Der Kampf um die Seele*, 1903<sup>2</sup>, I, 51; *Philos. Jhrb.* 1900, 216 sq.; *Erkenntnistheorie*, 1892<sup>2</sup>, p. 249 sq. <sup>2)</sup> „Ideo iam videor pro regula generali posse statuere: illud omne esse verum, quod valde clare et distincte percipio.“ *Medit. III.*

### ORACION

#### A NUESTRA SEÑORA DEL ROBLE

Santísima Virgen del Roble! Vos, sin merecimiento nuestro, queréis que os tengamos por nuestra Reina y Madre. Recibid, Señora, los homenajes de vuestros vasallos e hijos que se consagran solemnemente a vuestro amor y servicio. Os ofrecemos nuestro corazón, y con él cuanto valemos y somos. Nuestra honra será el perteneceros enteramente; nuestra felicidad el amaros como el hijo amante ama a su querida Madre. ¡Oh Virgen Santísima del Roble! Rogad por la nación mexicana, tan necesitada, ahora más que nunca, del auxilio del cielo. Velad, Señora, sobre esta Ciudad de Monterrey, que tanto amáis; velad sobre el Estado de Nuevo León, y sobre todos los que os son devotos en vuestra advocación del Roble. A todos acogednos bajo el manto hermosísimo de vuestra poderosa intercesión. Libradnos de los males temporales, si así nos conviene para nuestra salvación; sed nuestra fortaleza contra las seducciones del mundo, las astucias del demonio, y los halagos del vicio; para que victoriosos en las luchas de la vida, lleguemos a la patria celestial, en donde deseamos amaros y alabaros por los siglos de los siglos. Amén.

argumentum posset contra auctoritatem retorqueri ac proinde nullum esset criterium.

6. Atqui saltem divina revelatio est ultimum criterium, quia est infallibilis; dist.: in se seu obiective — conc.: quoad nos (subiective) subd.; quoad veritates fidei — conc.; quoad veritates naturales — nego.

7. Atqui etiam quoad veritates naturales; nam Deus est fons ultimus ac proinde etiam criterium ultimum omnis veritatis, dist.: ontologice — conc.; logice, subd.: fundamentaliter — conc.; formaliter — nego.)

## II. Refutantur criteria mere interna.

*Thesis XXII: Criterium ultimum veritatis non est mere internum: neque caecus instinctus, neque fides naturalis, neque conscientia, neque idea clara et distincta.*

*St. qu.* 1<sup>o</sup> Reid († 1796)<sup>1)</sup>, princeps scholae scoticae, ut scepticismum Humei refutaret, instinctum aliquem statuit veritatis naturalem sive subiectivam necessitatem, quam sensum naturae communem vocat, quo certi redderemur de rerum existentia et veritate obiectiva; (cui sententiae adhaerebant J. Battie, J. Oswald, Dugald-Stewart, Hamilton, Jouffroy, Cousin, Royer-Collard et recenter Balfour<sup>2)</sup>), necnon aliquo modo Hermes, Balmes, Ulrici et alii, immo omnes Idealistae, eaque viam praeparavit iudiciis syntheticis a priori Kantianis.

2<sup>o</sup> Iacobi († 1819 Monachii)<sup>3)</sup>, impugnans Kantii criticismum, fidem quandam naturalem (Gefühlsglauben) tanquam principium et criterium omnis certitudinis constituit, (quam sententiam iam a Pascal Iansenista statutam etiam Schleiermacher, Günther et alii aliquo modo sequebantur.<sup>4)</sup> Immo etiam Kant et Fichte, quos Iacobi impugnat, eiusmodi fidem statuunt, ut moraliter possimus vivere et operari (Vernunftglauben — ratio practica), ad quam fidem intellectualem, mere subiectivam, a voluntate imperatam nunc multi philosophi, praesertim in Gallia (Renouvier, Secrétan, Lequier, Séailles, Payot etc.<sup>5)</sup> provocant, ne omnis certitudo destruat ad vitam socialem necessaria.)

3<sup>o</sup> Galuppi Neapolitanus<sup>6)</sup> et Beck Kantianus videntur criterium ultimum veritatis in conscientia collocasse. (Accedunt, qui criterium

1) Cfr. Stöckl, *Gesch. d. Philos.*, 1888<sup>3</sup>, II, 143 sq.; Al. Schmid, *Erkenntnislehre* II, 348 sq. Cfr. infra *Ideologiam* lib. I, cap. II. 2) Cfr. Ueberweg-Heinze, IV<sup>9</sup>, p. 417 sq. 3) Stöckl, l. c. p. 248: „Alle Wirklichkeit, sowohl die körperliche, welche sich den Sinnen, als die geistige, welche sich der Vernunft offenbart, wird dem Menschen allein durch das Gefühl bewährt. Es gibt keine Bewährung ausser und über dieser. Die oberste Quelle alles Fürwahrhaltens ist ein *unmittelbares* Vertrauen zu den Aussprüchen unseres Bewusstseins. Wenn dieses verloren ginge, würde auch jenes gänzlich wegfallen.“ *Sentimentale Schule: Sittlichkeits-, Wahrheits-, Schönheits-Rechtsgefühl.* 4) Cfr. Hagemann, *Noetik*, § 20. 5) Mercier, *Critériologie*, 1899, p. 148 sq. 6) Hunc tamen Zigliara, *Summa philosophica* 1893<sup>9</sup>, p. 276 excipit.

veritatis cum Hume, St. Mill, Spencer etc. in quadam associatione idearum ex consuetudine orta, vel in quadam experientia interna facilitatis (Avenarius: Prinzip des kleinsten Kraftmaasses) sive utilitatis (Mach, Kaftan, Boltz: Naturbeherrschung) sive delectationis (Schubert-Soldern: Lusterzeugung, Unlustvermeidung) reponunt.<sup>1)</sup>

4<sup>o</sup> Denique Cartesius illud collocandum esse duxit in idea clara et distincta,<sup>2)</sup> quae tamen Dei veracitate inniteretur. Et haec fuit iam sententia Stoicorum criterium veritatis in clara et distincta perceptione (κατάληψις) ponentium.

### I. Criterium ultimum veritatis non est instinctus ille a Reidio constitutus.

*Prob. 1. Ex natura criterii ultimi:* nam instinctus ille ex subiectiva ortus necessitate a) non est *infallibilis*; posset enim esse necessitas mere subiectiva assentiendi errori ex perceptione falsa, e. g. cursus solis apparens, vel ex dispositione subiectiva e. g. in homine hallucinante, insano; b) non est *universalis*; est enim assensus nonnunquam liber, e. g. veritas solum in signo cognita; deinde instinctum illum vel sensum naturae existere et veracem esse debet probari ac proinde non est criterium ultimum; c) non est *obiectivus*; nam oritur ex solo subiecto, ac proinde non afficit obiectum; Reidius enim cum Idealistis censet, nos ideas nostras, non obiectum directe percipere.

2. *Ex conscientia:* Conscientia testatur, nos assentiri non propter subiectivam necessitatem solam, sed propter rei evidentiam in se perceptam. Quotiescunque enim prudenter assentimur, possumus semper rationem reddere obiectivam. (*Atqui hoc testimonium conscientiae fallere nequit; nam conscientia non solum refert actum, sed modum quoque, quo existit in nobis. Ergo . . .*

3. *Ex absurdis:* Scepticismus absurdus est. *Atqui* haec sententia ducit: a) ad scepticismum; nam scepticismus in eo est, ut neget veritatem obiective existere vel *in se* certo cognosci posse; b) destruit veram scientiam; nam scientia est cognitio rerum per *causas obiectivas*, non subiectivas. *Ergo* et sententia Reidii de criterio ultimo reicienda est.)

### II. Neque fides naturalis Iacobi admittenda est.

*Prob. 1. Ex natura criterii ultimi:* nam fides illa proficiscens ex affectione mere subiectiva: a) non est *infallibiliter* cum veritate

1) Cfr. Gutberlet, *Der Kampf um die Seele*, 1903<sup>2</sup>, I, 51; *Philos. Jhrb.* 1900, 216 sq.; *Erkenntnistheorie*, 1892<sup>2</sup>, p. 249 sq. 2) „Ideo iam videor pro regula generali posse statuere: illud omne esse verum, quod valde clare et distincte percipio.“ *Medit. III.*

coniuncta; affectio enim subiectiva est prorsus variabilis, ita ut alii Deum ut bonum patrem, alii ut tyrannum fingerent; alii hoc bonum, alii idem malum haberent, prout hic et nunc afficerentur; et praesertim in religione subiectivismus, mysticismus, immo fanaticismus facile oreretur; b) neque esset criterium *universale*; quia affectio ex se libera est et potest deponi vel vinci; (sunt autem veritates mentem prorsus necessitantes; deinde quia deberet aliunde probari illam affectionem existere et veracem esse; unde non esset ultimum criterium;) c) neque esset *obiectivum*, quia ex solo subiecto oritur, (quare non esset eadem pro omnibus norma obiectiva assentiendi. Argum. 2 et 3 ut supra.

4. *Ex falsa suppositione*: Tum Reid tum Iacobi eorumque discipuli supponunt nos non directe obiectum ipsum, sed ideas nostras percipere, unde criterium obiectivum invenire nequeunt. Immo Iacobi docet, *intellectum* (Verstand) ex se ad atheismum ducere, quia obiectum cognitionis nobis esset intrinsecum et principium causalitatis non valere nisi in rebus finitis; quin etiam ad *nihilismum* ducere, quia intelligendo obiectum in nobis gignentis illud quasi absorberemus et destruissemus; unde discordiam implacabilem inter fidem statuit et scientiam; veritates insensibiles de Deo, libertate, anima *rationis* intuitu percipi et fide quadam naturali retineri. *Atqui* ostendimus, nos primo et directe obiectum percipere. *Ergo* suppositio ac proinde sententia ipsa est falsa.

Qui autem cum neocriticistis censent voluntatem *semper* assensum certum imperare: a) confundunt actum intellectus cum voluntate; b) supponunt voluntatem aut ratione adduci ad imperandum assensum, aut non; si primum, illa ratio potius esset criterium veritatis; sin alterum, esset assensus irrationalis et caecus, qui repugnat naturae nostrae rationali. *Ergo*...

### III. Neque conscientia est ultimum veritatis criterium.

*Prob. 1. Ex natura criterii ultimi*: nam conscientia, licet sit conditio omnis cognitionis, a) non est criterium *universale*, quum non referat nisi facta eaque interna sc. actus nostros; (deinde supponit iam actum, quem refert, ac proinde ulterius requiritur criterium eiusdem veritatis;) b) neque est criterium *obiectivum*, quia non refert per se nisi actus, non vero obiectum actus qua tale afficit; unde refert cognitiones tum veras tum falsas, i. e. errores, nil de eis diiudicans.

2. *Ex absurdis*: Si conscientia esset criterium ultimum veritatis, omnia deberent esse vera, quorum habemus conscientiam ac proinde omnis homo cognoscendo fieret mensura et norma veritatis. *Atqui* hoc repugnat tum factis, quia saepe erramus, tum ipsi conscientiae, quae cognitionem nostram ab obiectis dependere et mensurari testatur. *Ergo* conscientia non est criterium ultimum veritatis.

3. *Ex testimonio conscientiae*: Conscientia testatur, veritatem obiectivam non a nobis dependere, sed nos a veritate; neque ideo quidquam verum esse, vel verum haberi, quia sic esse arbitramur, vel quia facilitatem vel delectationem vel utilitatem aliquam cognoscendo experimur — saepe enim contrarium accidit — sed quia res in se evidens est. *Ergo* neque conscientia neque experientia interna est criterium veritatis.)

### IV. Neque idea clara et distincta est criterium ultimum veritatis.

*Prob. 1. Ex falso supposito*: Cartesius veritatem ideae clarae et distinctae deducit ex Dei veracitate; Dei autem veracitatem ex idea Dei clara et distincta. *Ergo* statuit revera criterium ulterius<sup>1)</sup>, quam est idea clara et distincta, et incurrit petitionem principii, veritatem ideae clarae et distinctae ex Dei veracitate et hanc iterum ex veritate ideae clarae et distinctae Dei deducens.

2. *Ex natura criterii ultimi*: Idea clara et distincta a) non est semper criterium *infallibile*, quia possum claram et distinctam habere ideam rei falsae vel non existentis, e. g. centauri, cursus solis etc.; b) neque est *universale*, quia idea clara et distincta per se est factum internum singulare (et ex ideis per se non nisi iudicia analytica deduci possunt; deinde probandum est, ideam aliquam claram esse et distinctam et propter hoc veram esse;) c) neque est *obiectivum*, quia idea clara et distincta per se neque vera neque falsa est, nisi ad obiectum referatur. Si vero ad obiectum referenda est, eius veritas dependet a conformitate cum obiecto. *Ergo* ulterius criterium idque obiectivum requiritur.

3. *Ex absurdis*: Si idea clara et distincta esset criterium ultimum veritatis, subiectivismus et scepticismus inducerentur; omnes enim possunt affirmare, se habere claram et distinctam ideam aliquam rei. Sic ipse Cartesius putat, se clare et distincte non videre terram, coelum, sidera existere, se pedibus ambulare,  $2 \times 4 = 8$ ; putat, si Deus voluerit, circulum posse esse quadratum,  $2 \times 4 = 9$ . Et contra clare et distincte se putat videre, se esse substantiam, cuius tota natura et essentia sit cogitare, Deum existere etc. *Atqui* eiusmodi subiectivismus et scepticismus repugnat. *Ergo* idea clara et distincta, licet adsit et requiratur in omni cognitione certa ut conditio, non tamen est criterium ultimum veritatis.

*Obi. 1.* Criterium ultimum veritatis debet esse, ubi est formalis ratio assensus. *Atqui* haec formalis ratio est menti intrinseca. *Ergo* etiam criterium ultimum erit intrinsecum.

<sup>1)</sup> Meditatio 5: „Plane video, omnis scientiae certitudinem et veritatem ab una vera Dei cognitione pendere, adeo ut priusquam illum nossem, nihil de ulla re scire potuerim.“ Cfr. etiam resp. ad obiect. V.



*Dist. maior.*: Assensus tanquam actus (subiective) — conc.; assensus in obiectum (obiective) subd.: ratio formalis adaequata — conc.; ratio inadaequata — nego.

*Dist. min.*: Assensus ut actus — conc.; ut repraesentatio obiecti, subd.: ratio adaequata — nego; ratio inadaequata — conc. Ratio enim formalis extrinseca cognitionis est obiectum, cui mens tanquam suo exemplari conformatur cognoscendo per speciem expressam; et haec potest vocari ratio formalis nobis intrinseca. Utraque autem et extrinseca et intrinseca ad cognitionem nostram requiritur.

2. Atqui ratio adaequata assensus in obiectum debet esse nobis intrinseca ac proinde etiam criterium; nam criterium habet nexum necessarium et infallibilem cum veritate. Atqui obiecta sunt contingentia (Kantii iudicia synthetica a priori). Ergo criterium non potest esse in obiecto.

*Respondeo* 1<sup>o</sup> Etiam subiectum cognoscens eiusque actus est contingens. Ergo?!

2<sup>o</sup> *Dist. maior.*: nexus ille criterii cum veritate est necessarius et infallibilis vel absolute sive antecederet, vel saltem hypotheticae et consequenter — conc.; semper absolute et antecederet — nego.

*Dist. min.*: Obiecta cognita sunt contingentia, dist.: omnia — nego; multa — subd.: quoad essentiam — nego; quoad existentiam, iterum dist.: non sunt absolute et antecederet necessaria — conc.; neque saltem hypotheticae et consequenter — nego.

3. Atqui nexus ille necessarius et infallibilis criterii cum veritate debet esse absolutus et antecederet, quia criterium ut motivum et causa certitudinis debet eam praecedere; dist.: ratione obiecti (evidentia obiectiva) — conc.; ratione subiecti cognoscentis (evidentia subiectiva), subd.: si criterium esset veritas realiter distincta ab ea, quam certam reddit — conc.; cum non realiter differat — nego.

4. Atqui illa necessitas assensus non est obiectiva, sed subiectiva; nam praesente veritate sentimus necessitatem assentiendi; dist.: obiectivam et simul subiectivam — conc.; solum subiectivam — nego.

5. Atqui est mere subiectiva; nam saepe firmiter assentimur, quin adsit vel cognoscatur necessitas obiectiva, dist.: quin adsit necessitas obiectiva intrinseca — conc.; quin adsit ulla, i. e. ne extrinseca quidem necessitas, subd.: et tunc assensus firmus est prudens et legitimus — nego; est imprudens — conc.

6. Atqui assensus non praestatur propter necessitatem ullam obiectivam; nam recte Cartesius affirmare videtur nos non certos esse de ulla re nisi adsit clara et distincta perceptio, quae non pendet nisi ab ideis nostris, dist.: subiective spectatis — nego; obiective spectatis — conc.

7. Atqui non pendet nisi ab ideis nostris subiective spectatis: nam conscientia non refert nisi ideas subiective spectatas, et conscientia est fundamentum certitudinis, dist.: est eius conditio — conc.; est eius causa et criterium veritatis — nego.)

## Caput II: De evidentia, criterio ultimo, in specie.

### § 1. Natura et species evidentiae.

1. *Notio et natura evidentiae*<sup>1)</sup>: Evidentia (ἐνάργεια) primarie significat rei sensibilis claram visibilitatem, unde transfertur ad veritates immateriales et significat veritatis intelligibilitatem nobis manifestam, quasi eius splendorem. Evidentia igitur per se et primarie obiectum afficit. Certitudo autem, quae est effectus evidentiae, primarie subiectum cognoscens afficit. (Quod etiam usu loquendi manifestatur; neque enim dici potest: ego sum evidens, vel mens vel conceptus vel iudicium ut actus est evidens, sed veritas ipsa cognita est evidens. Addit autem evidentia ad veritatem obiectivam claram eius manifestationem, et per hoc distinguitur a certitudine mere obiectiva rei, quae non significat nisi necessitatem rei in se. Haec igitur evidentia vocatur *obiectiva*. Quando autem veritas menti manifeste apparet, gignitur in nobis clara rei perceptio, et haec vocatur per analogiam *evidentia subiectiva*. Evidentia autem subiectiva excludit omnem erroris formidinem et gignit certitudinem subiectivam.<sup>2)</sup>)

2. *Species evidentiae*: a) *ratione motivi*: Cum rationes seu motiva, quibus veritas nobis manifestatur, possint esse metaphysica, physica vel moralia, etiam evidentia potest distingui sicut certitudo, quae est eius effectus seu manifestatio: *metaphysica, physica, moralis*. b) *Ratione medii* evidentia dividitur in *immediatam*, si veritas menti per se ipsam apparet, et *mediatam*, si termino medio manifestatur; c) *ratione naturae* in *intrinsecam*, si evidentia ex comparatione ipsa idearum subiecti et praedicati oritur, ut in iudiciis analyticis immediatis vel mediatis; et *extrinsecam*, si oritur ex experientia sive auctoritate, uti fit in iudiciis syntheticis immediatis vel mediatis; d) *ratione status* in *necessariam*, quando veritas ipsa apparens mentem physice determinat ad assensum, sicut fit in iudiciis analyticis et syntheticis *immediatis* experientiae; et *liberam*, quando veritas non in se, sed in signo positivo vel negativo apparet, quod locum habet, quando adest evidentia extrinseca, e. g. in auctoritate. Libertas igitur assensus si adest, evidentia vel certitudo libera non solum in causa i. e. in libera reflexione<sup>3)</sup>, sed in ipso actu quoque invenitur, qui a voluntate imperatur ac proinde meritum habet vel demeritum. (Cfr. supra pag. 126 sq.)

<sup>1)</sup> Cfr. Wundt, Logik, 1893, I, 81 sq. <sup>2)</sup> Cfr. supra p. 122.

<sup>3)</sup> Frick, Logica, nn. 435 et 438 (ed. III, 1902), non admittit liberam seu "latam imprudentis dubitationis" evidentiam nisi in causa sc. in quantum